



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

ipso die à Duce quodam Collegio Madritensi donatam tenero amplexu tenebat; a mantissimè que illam adstringens, innocentem semper ab omni lethali noxâ animam exhalauit, præsentissimo illius auxilio cui S. Ioannes Damascenus; *O*, ait, *semper, & ubiq; inculpatissima, que es ingens cantandi materia omnibus cælitibus data.* *Salve o columba electa, qua mentem habes pennis inauratis spectabilem.*

22. Ian.
Menaa.

B.V. filē-
tio, & pa-
tientia
colere.
Via. Incit.
nu. 41.

de annane
B.V.

Quæ val-
dè petis,
illi apud
Deum cō-
mittere.
29. April.

in obrenis
B.V.

n. 113.

249 Franciscus Hernandez Coadiutor, Gandia
hoc anno mortuus est. *Hic erga DEI Matrem*
cum alijs officijs fuit pius, tum verò singulari ma-
ximè silentij, & patientiae sanctæ curâ. Has ille vir-
tutes suæ Dominæ offerebat, pro illo DEO vocantis
beneficio quod per illam acceperat, de quo ego
alias. Silentio benè colitur DEI Mater, silentij ut
olim in se, ita nunc in suis amans. B. Laurentius à
silentio illam laudans; *sciebat*, inquit, *sub disciplina*
censura labia esse frænanda.

ANNO MDLXXVII.

250 De Innocentio Fontana B.V. ope Societatem ingresso vide Sacch. num. 33. Euerardus certe Generalis, quanquam ab Afflentibus repulsum Innocentium, & cunctas difficultates cognôrat; ta- men, inuocato cælesti lumine, respondit: videri planè à diuino Spiritu eum adolescentem ad reli- giosam delectum vitam: neq; contranitendum. Ita die S. Catharinæ Senensi sacro, quam præcipuo Innocentius colebat studio, acceptis parentis qui- bus id ei licebat, literis admissus est. MARIA repul- sam non patitur. Piè ad illam sic S. Ephrem Syrus:
Omnes tibi procidimus: spes nostra es securissima, & sanctissima. De P. Ioannis Zunnica morte, 2. Febr. optatò obitâ hoc anno, vide Incitamenta n. 42.

251 Hoc anno, vr refert Sacchinus, Ioannes Fer- dinan-

dinandus; & Antonius Salazarius in Belgium ad Principem Austriacum missi, ausi etiam sunt, aditum humanitate eius aperiente, illi munusculum dare. Flagellum naeti non inuenustum augustissimis IESV, & MARIAE nominibus decorè intextum, serico coopertum inuolucro donant; addentes, tenui se ei præbere, quo inimicorum suorum maximum edomare posset. Et gratum fuit id teli genus Christiano bellatori. Ita historia. Cilicia alias his nominibus insignita vidimus. Ecce & flagellum, ut iisdem instrumentis nostrum erga illos amorem, & in nos ipsos odium non verbo tantum, sed opere ac veritate contestemur. Sic in nomine IESV & MARIAE agere ac pati est armatis precibus rem agere apud illam, cui sic loquitur B. Petrus Damianus: *Audi nos! Nam & Filius nihil negans honoret te.*

Noſtri
flagellum
dat Prin-
cipi in
quo no-
mina
I E S V ,
M A R I A E

Mortifi-
catione
illam co-
lere.

S. r. de Na-
tin. B. V.

252 Hoc anno 1577. in Lusitania (quod narrat hist. Societatis) datum Societati à Sebastiano inclyto Lusitanæ Regé Eremitiorum; à *lapa* vulgo appellant: in quo sacra Virgini Beatissimæ colitur ædes peregrinorum multitudine & religione celeberrima, ob crebra innitamenta insignium miraculorum, quæ in eo Deiparæ Magnæ sacrario, eadem apud Filium sequestrâ patruntur. Ibi Societati missis est aurea eò confluentium animarum: *Summa*, inquit ibid. B. Petrus Damianus, *summa gloria est post DEVVM te videre, adhaerere tibi, & in tua protectionis munimine demorari.*

N. 308.

Peregrini-
nos ad
B. V. in
spiritu
erudire

A N N O M D L X X V I I I .

253 Didacus Mendoza anno 1578. deceſſit; & amanter fidenterque salutatâ in morte DEI Matre, humilitate, ac obedientiâ potissimum excelluit: quæ decora humillimæ DEI Matri sunt longè

Humili-
te, & obe-
dien. illâ
colere.
vida Incis
n. 43.